

Aliud.

*A N A G R A M M A:*

**M. JOANNES PAVLLVS CRVSIVS  
POETA CORONATVS  
JO ÆMVLVS OS NACTVS NASO-  
NIS PURPVRO LACTE.**

**C**ÆSARIS *Auspicijs & Majestate serenâ*  
*Aurea grandiloquos viderunt secla Poetas*  
*Fronde Triumphali redimitos tempora, CRVSI.*  
*Hos inter minimus non es, qui Purpuram honoris,*  
*Pulpita dum nuper scandeabas, lacteo apisci*  
*Carminē tentasti, à Nutricis lacte tenello*  
**Monstrans QVID SIT HOMO MORTALIS ad**  
*usq; senectam*

*Decrepitant, patulas aureis animosq; benignos*  
*Mulcendo, dulci Suavis Philomela loquela.*

*Maeste Palatinâ Lauru Celeberrime Vates!*

*Si quid habere solent operosa Anagrammata voti,*

*Ingenio felix (rumpantur ut illa Momo)*

*Hyblæis olim poteris resonare labellis,*

**IO ÆMVLVS OS NACTVS NASONIS  
PURPVRO LACTE.**

*Amicitia E. F.*

Joannes Jacobus Riepp. U. J. D.

Aliud.

**Q***Vid officinæ cum Lauro scriptoriæ?*

*Pandam tamen quod hac in officina comperi.*

*Nummis domum Poëta comparaverat:*

*Tabellio emptionem concipit: sed margini*

*Apponit*